Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



IERE

uentos istos. Et non erit gens amplius
regnum ad quod non pertranseant. Per
fugit velam. Et panere fatiam he
lam coram inimicis suis. et in con
spectu inimicorum animae eorum. Et ad
ducam super eos malum. iram furo
ris mei dicit dominus. Et emit
tam super eos gladium donec con
sumam eos. Et ponam solium meum
in elam. Et perdam inde reges et prin
cipes ait dominus. In nouissimis
autem diebus reuertam fatiam cap
tiuos elam ait dominus. Cap.

Verbum quod locutus est
dominus de babylone.
et de terra chaldeorum in manu ieremie
prophete. Annuntiate in gentibus et an
dite facite audiatur signum. Prodi
cite et nolite celare. Dicite.
capta est babylon. Confusus est bel.
metus est marodach. Confusa sunt
sculpturae eius. fracta sunt idola
eorum. quoniam ascendit contra eam gens
ab aquilone que ponet terram eius
in solitudinem. Et non erit qui hi
tet in ea. ab hominem usque ad pecus.
et moti sunt et abierunt. In diebus
illis et in tempore illo ait dominus ue
nient filii israel ipsi et filii iuda si
mul ambulantes et flentes. perge
bunt. Et dominum deum suum quaerent
in sion. interrogabunt viam huc
facies eorum uenient. et apponentur
ad eum federe sempiterno. quod nequa
obliuione delebitur. Grex perditus fuit
ouis meis. pastores eorum seduxe
runt eos. auerterunt in montibus
de monte in collem inuiserunt. et
obliti sunt cubilis suis. Omnes
qui inuenerunt comedebant eos. et hos
tes eorum dixerunt. non peccamus.
pro eo quod peccauerunt domino decori iu
stitiae. et expectationi patrum eorum.
Recedite de medio babylonis. et de
terra chaldeorum egredimini. et estote sicut
hedi ante greges. quoniam ecce ego suscito
et adducam in babylonem congre
gationem gentium magnarum de terra
aquilonis. et parabuntur adue
sum eos. inde capientur. et sagitta
eius sicut uiri fortis interfectoris.
non reuertetur inanis. et erit chaldea
in praedam. Omnes uastantes ea
replebuntur ait dominus. quoniam ex
ultatis et magna loquimini. diri
pientes hereditatem meam. Quoniam
effusi estis sicut uitulus super herba.
et hinnistis ut tauri. confusa est
mater uestra nimis. et ad confusa pu
dent que genuit uos. Ecce nouissi
ma erit in gentibus deserta. arida.
et arenosa. abiecta domini. Et non in
habitabitur. sed redigetur tota in solitu
dinem. Omnis qui transit per ba
bylonem stupebit. et sibilabit super
uniuersis plagis eius. Parate uiam
contra babylonem per circuitum. Omnes
qui tenditis arcum debellate eam.
non parcatis iaculis. quia domino
peccauit. Clamate aduersus eam.
undique dedit manum. Ceciderunt fun
damenta eius. destructi sunt muri
eius. quoniam ultio domini est. ultio
nem accipite de ea. Sicut fecit fa
cite ei. Disperdite satorem de ba
bylone. et tenentem falcem in tem
pore messis. A facie gladii columbae im
ae. ad populum suum conuertetur. et fu
gient ad terram suam fugient. et
Grex dispersus israel. leones eiecerunt
eum. Primus comedit eum rex
assur. et iste nouissimus exossa
uit eum nabuchodonosor rex babylonis.